

neque cepit hostis. Dii meliora, quam ut tantopere virtutem calcet fortuna. Verum ille reperitur vivus, vel certe, ut illo dignum est, mortuus. Ego vero militibus tuis imposui, atque adfams, nihil hujus rei causa fuisse acerbi reculas. Sic fatis Lucilio, omnibusque obstupescatis, Antonius in illos, qui adduxerant eum, intus: Nemp inique, inquit, fertis commilitones, quod errore isto arbitremini vobis illatum. Verum habetote cariores vos, quam querebatis, reperisse praedam; quippe dum hostem quaeritis, adduxistis nobis amicum. Nam ego Bruto incertus sum hercle quid facerem vivente. Tales vero amicos malim adipisci, quam hostes. Ita Iocutus, & Lucilium complexus; commendavit eum tunc uni amicorum, eoque deinceps fido, & firmo ad omnia perpetuo usus est. *Plutarch. in Bruto.*

C. MEVIUS centurio Augusti Caes. cum Antoniano bello sapienter excellentes pugnas edidisset, improvisis hostium insidiis circumventus, & ad M. Antonium Alexandriam perducus, interrogatusque quidnam de eo statui deberet? Jugulari me, inquit, jube, quia non salutis beneficio, nec mortis supplicio adduci possum, ut aut Caesaris miles desinam, aut tuus esse incipiam. Ceterum quod constantius vitam contempserit, eo facilius impetravit. Antonius enim virtuti ejus incommutabilem tribuit. *Val. lib. 3. cap. 8.*

Vir Praetorius stupri virginibus Vestalibus illati infimulatus, dubia etiam causa, & incertis quaestionibus, atque tormentis, de semet facinus professus, liberam confessionis causa, reliquis in comitio virginis ad necem usque caesis, ab Imp. Domitiano in exilium missus fuit. *Suet.*

Severus Imp. postquam Nigrum praelio vicit, eosque damnare inciperet, qui illius partes secuti essent: Crassus Clara senator accusatus, id se fecisse non negavit, immo liberum offendit, cum casu evenisset, ut partes Nigri sustineret, necessario quod eis fors obulisset se fecutum esse: ipsum etiam Severum noluisse quenquam eorum, qui cum eo erant, & suam causam defenderent, proditorem ad alios transgredere. Severus licentiam hominis admiratus, libertatemque loquendi, dimidiam ei partem bonorum concessit. *Aerodius ex Dionis Severo.*

Decimo anno Leonis Magni Imp. Iocastus, quaestor Antiochia, idemque philosophus, delatus est apud Imperatorem, quod Graecam religionem teneret. Is eum examinari iussit apud praefectum urbis Constantinopolis. Cum ergo manibus post tergum revinctis adduceretur, ita eum praefectus urbis Postus allocutus est: Vide ne, Iocasti, quo habitu ades. Respondit ille: Video, neque miror: homo enim in humanam deveni calamitatem. Tu vero ita mihi jus dicito, sicut me collega solebas dicere. Imperator, re cognita, laetum eum domum remisit. *Cedrenus.*

Rusticana Romana mulier, ultura patrem Symmachum (quem Theodericus rex Gothorum cum Boetio ejus genero interfecerat) suis civibus auctor fuit post regis interitum, ut ad abolendam Barbari memoriam ejus itatuz tollerentur e medio. Id postea facinus, majestatis accersita apud Totilam ejusdem gentis regem, tam constanter confessi est, ut barbarus eam miratus, etsi causam improbare, tantam tamen idolem venia dignam censuerit. *Sab. lib. 3. cap. 6.*

POMPONIUS LATUS incidit Romae in maximum discrimen, quod cum Callimacho, Platina, & aliis quibusdam, non vulgari eruditione viris, in Paulum Pontificem Max. conjurasse putabatur. Estque jam peregrine profectus ea de causa sub custodia Romam deportatus. In quaestione datum est illi noxae quod sibi, & permultis adolescentibus, qui litterarum studia affectarent, nomen immutasset. Nam pro Petro Pomponii nomen sumpterat, antiquitatis fulto amore. Ceterum in tanto discrimine nihil aeque illi profuit ac liberum ingenium. Homo enim simplex, ac nihil mali cogitans, appellatus de Pomponii nomine, a Vianefio Antistite, qui quaestioni praesidebat: Quid, inquit, tibi, & Paulo Pontifici, mihi feniiculi nomen indidistim? Custodia inde eductus, per xxiiij. annos Romae docuit. *Sabellicus in ejus vita.*

CALEB, & JOSUE veritatis causa Dominus de. millibus Judaeorum solos, ne in deserto perirent, servavit. *SP. Vide Tit. Pona mendacii.*

ACHIOR Ammonitarum dux petente Holopherne duce Nabuchodonosoris regis, ut sibi narraret, qui, & quales Judaei essent, qui soli ex omnibus occidentalibus sibi obviam venire neglexissent: veritatem dixit, & Judaeos invictos semper

fuisse asseruit, si Dei sui preceptis paruisset. Eaque propter non prius armis illos vinci posse, quam contra Deum patrum deliquissent. Ea voce offensus Holophernes, Achiohem vincitum Bethuliam duci iussit, & Judaei tradi, ut quandoquidem tantum Judaeorum Deo fideret Nabuchodonosoris esse una cum Judaeis funditus periret. *Judit. 5. & 6.*

Mors.

JOANNES DINUS Joannem Costanum Burgundionem accularat, compellatum se ab eo dicens, ut accepta grandi pecunia venenum perferret, quo Carolus Comes Carolus (dux Burgundia) de medio tolleretur. Is postquam Costanum securi percussit, Dinum quoque ad se vocatum interrogavit: Si Costanus pecuniam, quam promiserat, praestitisset, an eum accusaturus fuisset? Cui Dinus, fectus indultum iri, palam factus est: Se eum non detecturum. Quomobrem Comes justum Dinum Christiano more facerdoti crimina sua fateri, eadem hora ipsum quoque securi percussit. Justa, & veloci mercede ei data duarum proditionum, erga amicum, & principem. *Fulgos. lib. 5. cap. 6.*

Libertas.

SANCIO Castellae, & Navarrae reges, dum fororum regno inhiat, per insidias caelo, Aldefonsium ejus fratrem, apud Almenonem Maurum Toleti exulantem, Castellani, & Navarreses regem dixerant, quem propter ingenium acutum, & animi robur Mauri suspectum habebant. Dubitantibus amicis, utrum Almenoni rem detegeret necne, veritas, ne ad iniqua pacta adigeretur, confidens in Domino respondit: Almenon honorifice me recepit, & necessaria liberaliter ministravit, & ut filium me tractavit: quomodo eum celare potero ea, qua Dominus mihi fecit? Itaque ei quicquid per nuncios accepterat, revelavit, etsi Almenon haec omnia jam resciverat, & omnium viarum transitus fecerat diligentissime observari, ut si se inficio abiret, caperetur. Proinde, Gratias, inquit, ago Deo altissimo, qui me ab infamia liberavit, & te à periculo voluit custodire. Si enim me inficio aufigisses, servitutum, aut mortem nullatenus evasissem. Nunc autem vade, & accipe regnum tuum, & de meo accipe aurum, argentum, equos, & arma, quibus possis tuorum animos conciliare. Jaramentum G insuper de Toletano regno non invadendo, & sibi, & filio suo primogenito Istem praestare coegit. *Rodericus Toletan. lib. 6. reg. Hisp. cap. 20.*

ADOLPHUS priusquam eligeretur in Romanorum regem, quinque ducis Brabantiae satrapas praelio vicit. Capus ipse, & rogatus a Duce, Quis esset? Comes sum, inquit, Nassoviae, rerum Dominus non magnarum. At tu qui es? Sum, respondit, dux Brabantiae, quem bello percutus es afflidus, & cui quinque duces strenuissimos occidisti. Tum Adolphus: Miror, inquit, quomodo enim meum evaseris, quem in te acueram, cum te pra omnibus occidere volerem. Dux Brabantiae audiens liberam hominis vocem, liberum dimisit: muneribusque insuper ornatum, in familiaritatem suam accepit. *Cuspin. in Adolph. Imp.*

Laus, Commendatio.

MANDANES Gymnosophista, cum Alexandri nuntii eum ad Jovis filium vocarent, respondit: Nec illum Jovis filium esse, nec magna patri terrarum imperare: nec se illius donis permoveri, nec minas timere. Unde & ab Alexandro laudatus, & venia donatus est. *Strabo lib. 15.*

PHOENIX Atheniensis populo in nulla re blandiebatur, ut quem vel rideret, vel siletem nemo unquam viderit: ut mirum sit, qui, & unde vir adeo asper, & tristis cognomen invenit Boni. *Plut. in ejus vita.*

Praemia.

Albenus i. Dipnosophistavum libro commemorat, in Bacchi certaminibus praemium fuisse tripodem, atque ob id, qui vera dicerent, vulgo de tripode loqui dictos. Tripodem autem fuisse lebetem tribus sulcum pedibus. Hujus duo erant genera, alterum Apollinis, ob veritatem oraculorum: alterum Bacchi, in quo vinum mibeatur, quod ebrii vera loquantur. *Erasmus in Adagii.*

Auctoritas.

T. POMPONIUS eques Romanus, & amicus Ciceronis (ob linguam Atticam dictus) mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Quapropter omnes ei res suas amici curandas certatim

tatim dabant, consiliumque ab eo de Repub. deque rebus magnis petebant. *Corn. Nepos.*

Dignitas.

DEMETRIUS Phaleri F. cum Aristagoram Corinthiam amicum haberet, lumptuosque vivere, atque Areopagite ipsum ad frugalitatem hortaretur: At nunc liberis vivo, dixit: nam & amicam habeo pulcherrimam, neminem offendo, vinum Chium bibo, & aliorum quantum mihi sufficit comparo, eum privati mei redditus in has impensas sufficiant. Non vivo autem sicut vestrum nonnulli, donis corruptus, & stupris delectatus, atque res hujusmodi perpetrantium quorundam nomina enumeravit. Quae cum Antigonus rex audivisset, legislatorem eum constituit. *Albenus 1.4. c. 20.*

Obsequium.

Egit Justinianus Imp. cum Agapeto Pontifice Theodati regis legato, ut Eutychaniam opinionem comprobaret: A qua cum ille abhorretet, instaretque Imperator, minas precibus B mites: Putabam, inquit Agapetus, venisse me ad Christianum principem, sed, ut deprehendo, veni ad Diocletianum. Tam libera voce delectatus Imperator, Anthemio hujus haereseis fautore ejectione, Memnam Constantinopolitanam Episcopum creavit. *Fulgos. & Egnat. 1.6. cap. 2. Joann. Magnus 1.10. cap. 10.*

GREGORIUS XI. Lemenensis patria, Avenione Pontifex creatus, in adolescentia veritatis, in Italia sub Baldo praepotere, consideravit rem Ecclesiasticam nulla re melius, quam curia in urbe reductione, posse componi. Accessit Episcopi eujusdam admonitio, quem, cur apud Ecclesiam suam non esset, cum corripere: audivit. Et tu cur non apud tuam? Clam igitur Gallis profectus, pervenit in urbem. *Crantzius lib. 3. Metrop. cap. 1.* hanc historiam paulo alter quare supra. *Qui reprehenderit sc. Sacerdotes Pontifices.*

Verigalium remissio.

PSISTRATUS tyrannus decimas exigebat ab Atheniensibus eorum, qui in agris provenissent. Cum aliquando obambulatorum, videretur senem quendam loco periculis laborantem, rogabat, Quosnam fructus inde colligeret? At is respondens: Dolores, inquit, & phacelos, atque horum decimas exigit Pisistratus. Tyrannus admittens hominis libertatem, decimas Atheniensibus remisit. Ea res in vulgi sermonem abiit, & quodammodo proverbia. Etiam phaceli immunitatem faciunt. *Erasm. ex Suid.*

Pax, Concordia.

Quo tempore Philippus Macedonum rex ortis discordis cum uxore, ac filio dissidebat, ad eum vilendi gratia profectus est Demaratus Corinthius. Qui cum interrogatus esset, Quam bene inter se Graeciae civitates convenirent? facetissime ei respondit: Magna profecto tibi curae est, Philippe, ut de Graecorum concordia certior fias: siquidem haud injuria ad te pertinet, postquam cum conjugis tua, ac filio tam concorditer, tantoque in amore vivis. Quod factum, nec mimis mordax verbum, ita Philippum pupugit, ut postea cum uxore, ac filio in gratiam rediret. *Plut. de Dissernentis adul.*

INDIGNUM.

HOLOPHERNES, Nabuchodonosoris dux, Achiohem, eo quod Judaeos non nisi permittere Deo vinci posse dixisset, vincitum Bethuliam duci iussit, & Judaei tradi, ut quandoquidem tantum Judaeorum Deo fideret, Nabuchodonosoris esse una cum Judaeis funditus periret. *Judit. 5. & 6.*

DIONYSIUS major tyrannus, Platone Philosopho accessito ad se, primum quidem laude maxima dignum eum reputavit, quod libertatem in eo dignum philosopho animam vertisset. Postea vero quibusdam ejus sermonibus offensus, animo profusus ab eo alienatus, in forum productum quasi mancipium viginti minis vendidit. Sed Philosophi eo contentientes, emptum eum in Graeciam ablegarunt, haec simul admonentes: quod virum sapientem, aut rarissimè, aut suavissimè versari eum tyrannus conveniat. *Diad. lib. 15.*

CALLISTHENES Olynthus, discipulus Aristotelis, & consobrinus, Alexandro Macedoni comes adjunctus fuerat. Is

eum corti ferreae inclusit una cum Neareho tragico: ubi à pediculis consumptus dicitur, eo quod fuisset, ne se ab Atheniensibus dominum vocari pateretur. Quidam vero eos, ut Alexandro insidiatos, dicunt interfectos. *Suidas.*

PHILOXENUS Cytherius Dithyramborum poeta, cum inepta Dionysii tyranni poemata laudare nollet, in latomias detrusus est. *Giraldus Dial. 9. biff. poet.*

CASSANDER Antipatri F. Baby lonem veniens, vir cum barbaros venerabundos Alexandrum salutantes in libertate Graeca enutritus, irrideret: ita exarist Alexander, ut arreptum crinibus caput ejus ambabus manibus vehementer contuderit ad parietem. *Plut. in Alexandro.*

ANNEUS CORNUTUS, doctrina, & eruditione clarissimus (cujus opera Nero in scribendis carminibus potissimum utebatur) quod nonnullis existimantibus quadragesimo libris à Nerone scribi oportere, nihil multos esse dixisset, in exilium actus fuit. *Xiphilinus in Nerone.*

CORDILLA Leyri Britannorum antiqui regis filia, natu minima, cui praecox natura ingenium dederat, interrogata à parente, An parentem multum diligeret? respondit: Se patrem ferre in oculis, semperque lacrimam: licet deinde contineret, ut quempiam alium (de marito intelligebat) ardentius amareret. Quo responso, tamen sapientia pleno, Leyrus indignatus, indotatam regulo Gallo puella formae capto collocauit. Sed haud multo post à generis, & filius suis nato majoribus ingratis, ejus mortem longum expectare censentibus, regno spoliatus, ad Cordillam confugere coactus est: à qua in regnum restitutus interfecti generis, triennium regnavit. *Polyd. lib. 1.*

CHILPERICUS rex falsis criminibus circumventum Praetextatum Episcopum Rhotomagenium in exilium eiecerat. Chilperico insidiis Fredegundis uxoris adultera sublat, & revocatus est à regina. Ibi libera voce, & fer alieno tempore cum exilium ei regina exprobatisset, respondens: Scetiam in exilio Episcopum fuisse, illam non perpetuo omnium potentem futuram, novam regine indignationem concitavit. Ergo Fredegundis die Resurrectionis festo in templo per scarium sustulit Praetextatum, capendi sceleris causa commotum, cui aliquot proceribus animam prope agentem invisit Episcopum, velut vicem ejus miserata, dicens se illius casum mollesse ferre, mirumque esse tam celebri die in aede sacra non modo ei opem latam nullam, sed ignorari etiam partidiam. *G*

Tunc, ut in morte, nihil timens, Praetextatus respondit, ejus sceleris percussum, quae & reges sustulisset, Episcopis auctoribus templa civitatis Rhotomagensis omnia clausa, quoad partidiam investigarentur, eadeque ea luertur. Vile caput pennis dedit: juvenis nullius nominis, qui vulneraverat, filio fratris Praetextati deditus: expressa ei tormentis confessio est, ipsius manu partidiam factum, pecunia accepta à Fredegunde, & Melanthio, qui exuli Praetextato subrogatus fuerat, & ab ejusdem factionis Archidiacono. Tunc filius fratris Praetextati contineri pra ira non potuit, quò minus reum extemplo confoderet stricto ferro. *Aemilius lib. 1. ex Turon. lib. 1. Histor. c. 18. & 18. c. 31. & 41.*

S. LAMBERTUS Pipinum principem increpare ausus, quod pellicem Alpiadem seclru legitima uxori superduxisset, à Dodone fratre Alpiadis Leodii interfectus est. *Sigebertus in Chronico.*

IGNATIUS, Patriarcha Constantinopolitanus, à Theodoro, Theophili Imper. matre in Pontificiam sedem erectus, Bardam Caesarem, qui uxorem sine causa dimiserat, & eum sua nuru consuevisse dicebatur, sacram adem ingredi vetuit. *H* At ille Pontificem ea de causa Ecclesia pellit, & multis malis exagitatum sepulchro tandem includit: post inde exactum, in Mitylenem insulam relegat. *Zonaras in vita Theophili, & Theodora matris.*

HENRICUS DANDULUS Venetorum legatus, à eo quod paulo liberius quaedam locutus esset, contra jus gentium ab Emmanuele Constant. Imperat. oculis orbatus est. *Volat. lib. 23. Autrop.*

USUS. ALIUS

APTUS. QUATENUS VERITAS INSERVIT

Prudentia bellica.

L. PAULUS AEMILIUS consul creatus, virtute sua fretus, ad populum dixit: De duobus consularibus, quos erat adeptus, primum se suipius gratia petisise: hunc autem secundum ab ipso populo delatum suscepisse. Hujus igitur postremi causa gratias non agere: quin potius, si quem se meliorem ad eam expeditionem populus inveniret, eum eligeret, quia id ipse aequo animo esset laturus: verum si quid in ejus virtute

virtute spei reposuisset, sine verbis dicto audiens esset. Quod A si populo statutum esset imperare malle, & non imperanti parere, scire ludibrio omnibus Romanorum expeditionem fore. *Plut. in ejus vita.*

Liberalitas.

ARCHELAUS, Macedonum rex, a quo poculum aureum unus ex familiaribus, non tamen ex probatis, petebat, puero iussit, ut Euripidi daret. Stupente illo: Nempe tu, qui petas, inquit, hic qui accipiat, etiam non petat, est dignus. *Plutarcheb. in Apoph.*

Justitia religiosa.

Sic Confessio peccatorum.

GREGORIUS Magnus, qui divorum est numero adscriptus, primus Pontificum in diplomatum prefatione se servorum Dei servum inscripsit. Quo nihil fieri potuit, aut ejus, qui hoc posuit pietati convenientius, aut doctoris summi precepto similis. *Sab. l. 6. c. 2. & Fulg. l. 4. c. 10.*

Humiliarum ordo inde nomen traxit, quod multi mortales, bello aut capti, aut quia fides eorum suspecta esset, ad pedes Frederici I. Imper. ex Cisalpina Gallia in Germaniam redeuntis, supplices puerunt, albis vestibus amicti, veniamque petentes in patriam abeundi. Qua impetrata, postliminio reversi, voto, ut credere par est, in eo habitu perseverasse dicuntur, lamis, & orationibus dediti. Et hic ordo postea ab Innocentio II. primum inde ab aliis Pontificibus confirmatus. *Polyd. lib. 7. & Volat. lib. 21. & Sab. l. 5. Euv. g.*

INEPTUS, DUM FAMULATUR

Imprudens.

Crescentiaco in vico, ubi Matthaeus Magnus avus obit, cum forte in cena Galeacius, & Barnabas, Stephani Vicecomitis filii, tanti Imperii, a majoribus conditi, amplitudinem, atque opulentiam laudarent, omniumque pulcherrimum fortunae munus principatum esse faterentur: Matthaeus II. frater incautus subiunxit: Id quidem sine controversia verum esse, incomparabileque videri, modo principatus socio, confortaque careret, adeo ut non obsecraret Joannem patrum perfringisse videretur, qui fecus, ac magnus avus fecisset, non unum, Galeacii primi, atque Actii exemplo, sed tres simul iniquo iure divini imperii haeredes scripserat. Id dictum subamaro sale, socommatique nomine prolata, usque adeo in pectus fratrum alte descendit, ut sequenti cena fuillos lumbos, cujus obsonii Matthaeus erat appetentissimus, toxico illitos, ei apposuerint. *Jovius in vita Matthaei.*

VERUM LOQUI, ASSERERE.

Hic Effectum solum consideramus, inservientem Habitum quodammodo.

PREXASPES a Smerde mago, qui mortuo Cambyse Persarum regnum occupaverat, sollicitatus, ut eum verum Cyri F. Cambydis fratrem esse assereret (qui tamen ipse Prexaspes Cambydis iussu interfecerat) simulavit se conditioni assentiri. Itaque convocatis Persis, de muro arcis seriem familiae Cyri recensit, ejusdem beneficia in Persas commemoravit: tandem occisum a se verum Smerdem, magum pro illo regnare, testatus, de muro semetipsum praecipitem dedit. *Herod. libro 3.*

ASSERTIO VERI SIMPLEX, ABSQUE OBTESTATIONE, ET JURAMENTO.

Vide Titulum, Auctoritas fidei, quotenus insurato creditur.

Essent jurandum quasi perjurio deterius vitan. Jam enim mendacii condemnatum arbitrantur, cui sine Deo non credatur. *Josaphus lib. 2. c. 7. belli Judaici.*

Phryges juramentum non utuntur, nec ipsi jurantes, nec alios adigentes: fatialis esse rati, fervare sine juramento fidem, quam datam fallere, magna deorum ultione. *Stobaeus serm. 42. ex Nicolae de Gentium moribus historia.*

Apud Rom. Flamini Diali non est fas jurare: vel quia questio quaedam est jurandum hominum liberorum (debet vero exolutum quaestione esse corpus, & animus sacerdotis) vel quod fidem derogari in exiguis ei, cui divina, & summa commissa sunt, non deceat: Vel quod jurandum in devotionem exeat perjurii. Vel quia periculum perjurii publicum est, si homo impius, & perjurus vota nuncupet, & sacra faciat pro civitate. *Plut. in quest. Rom.* Si quando in magistratu assumptus, per leges jurare tenebatur, alium, qui vicem illius agebat, sufficere, & ita in leges jurare cogebatur. *Gellius lib. 10. cap. 15.*

MORTUI TESTES VERITATIS.

STANISLAUS Polonus Episcopus Cracoviensis Boleslaum Polonia Regem graviter offendit, quod illius notam libidinem publice arguisset. Quare in solemoni regni conventu Stanislaum per edumiam in iudicium coram se vocati curat, tanquam pagum occuparet, quem Ecclesiae nomine coemecit. Quod cum neque tabulis probare posset, & testis veritatem dicere timeret, spondet Episcopus, se Petrum pagi venditorem, qui triduo ante obierat, intra dies tres in iudicium adducturum. Conditione cum risu accepta, vir Dei toto triduo jejunis, & orationi incumbit. Ipso sponsonis die post oblatum Missae sacrificium Petrum & sepulchro jubet. Qui statim redivivus Episcopus ad regium tribunal cunctem sequitur, ibique Rege, & ceteris stupore attonitis, de agro a se vendito, & pretio rite sibi ab Episcopo perfoluto testimonium dicit, atque iterum in domino obdormivit. *Ex Joanne Longino Canonico Cracoviensi, & Surio Maii 8. Brevarium Romanum.*

B. Aja Hdulphi Comitis Hannoverae uxor, ut refert Hannoverum historia lib. 11. cap. 4. suas hereditates, seu dominia Montensi contulit Ecclesiae, qua postmodum quasi jure propinquitate repetebatur a parentibus, sed dicta Ecclesia, cum vexaretur lite, sanctam Ajam, ejus defunctam, multis precibus in testem evocavit: & ipsa apparet respondit, se donationem suam ratam habere. Unde pacifice quidquid datum erat, datum remansit. *Joan. Molan. in Natalib. SS. Belgii 18. April. 2.*

Cum B. Augustinus Mediolani adhuc moreretur, illud memoratu dignum ad hanc tem inter alia accidisse tradit: Pro certo, inquit, cum Mediolani essemus, audivimus, quod cum debitu repetere ad quodam, defuncti patris cautione prolata, quod illo neciente a patre jam fuerat perfolutum: contristari homo gravissime cepit, atque mirari, quod ei patris moriens non dixerit, quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc ei nimis anxio apparuit idem pater ejus in somnis, & ubi esset perfolutum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicavit. Quo invento, atque monstrato, non solum filii debiti culumiam filius propulavit, sed etiam patrum non recepisse chirographum, quod pater non receperat, quando est perfoluta pecunia. Hic itaque putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, ut docens, quod ignorabat, a magna cum molestia liberaret. *De cura pro mort. agenda, cap. 11.*

Huic & illud de Spiridone Cyprico Episcopo factum simile subiungamus: Filiam habuit Irenem nomine: qua ei cum bene ministrasset, virgo defuncta est. Post ejus obitum venit quidam dicens, se ei depositum commendasse. Rem gestam ignoraverat pater. Perquisitum in tota domo, nulsquam, quod querebatur inventum est. Perfringebat tamen ille, qui commendaverat, & fletu, ac lacrymis perurgebat: vita sua quoque illaturum esse exitum, nisi commendata reciperet, testabatur. Permotus lacrymis ejus senex, ad sepulchrum filiae propere, atque eam ex nomine clamat. Tum illa de sepulchro? Quid vis, ait, pater? Commendatum, inquit, illius ubi posuisti? At illa locum designans: Illic, ait, invenies depositum. Regressus ad domum, rem, sicut filia de sepulchro responderat, repertam tradidit potestati. *Ruffin. lib. 1. hist. Eccles. cap. 5. Socr. 50. zom. 1. cap. 11. Trip. 1. c. 10.*

MACARIUS Aegyptius monachus Antonii discipulus, cum ad ejus antrum quidam perfringisset opis petenda gratia, quem Magistratus tanquam reum patrae tunc credis infedabatur; is autem infontem se affirmabat, nisi sui reverentia magistratum vim repressit, & qua suspicio tantum, non testes hominem urgebant, ut veritas palam fieret, egit, ut qui occisus fuerat, a tumulto, omnibus, qui aderant, audientibus, loqueretur, qui quoniam affirmavit, nihil eadem suam ad eum pertinere, cui tunc erimini res dabatur, Magistratus hominem, quem infestabatur, Macario auctore absolvit: eum desideraret Magistratus auctorem scire scire, petita D. Macario, ut interrogaret, respondit, sibi sufficere innocentem liberasse. *Baptista Fulgosi, lib. 1. cap. 6. in vit. Patrum part. 2. cap. 37.*

INFANTES TESTES

VERITATIS.

Trigesimo tertio ordinationis Brixii Episcopi Turonensis anno orta est contra eum lamentabilis causa pro crimine: nam mulier, ad quam cubicularii ejus vestimenta deferre sole-

DE VERITATE, ET VERITATIS STUDIO.

ABOPHHEGMATA ETHNICORUM.

solabant, volentes eum unapimere lapidare: dicebant enim: Dii pietas sancti tuam elavit luxuriam: nec Deus nos diuitius finit manus tua indignas ab osculando pollui. Illo quoque e contrario viriliter hanc negavit; Adferte, inquit, infantem ad me. Cumque oblatum fuisset infans, triginta dies ab ortu habens, ait ad eum Episcopus: Adjuro te per Jesum Christum filium Dei omnipotentis, ut si ego te pater meus. Populus autem rogantibus, ut quis esset pater, interrogaret, ait sacerdos: Non est hoc meum, quod ad me pertinuit, sollicitus fui. Vobis si aliquid suppetit, per vos quarete. Tunc illi magicis hac arti factio facta afferentes, inturgunt contra eum in una conspiratione: & trahentes eum dicebant: Non diuitius nobis falso pastoris nomine dominaberis. Ille autem ad satisfaciendum ad huc populo prunas ardentem beati Martini una cum popolorum turba accedit, projectisque ante sepulchrum prunis vestimentum ejus inustum apparuit. Illo quoque sic profectus: Sicut illum vestimentum ab his ignibus videtis illasum, ita & corpus meum a mulieris coitu esse impollutum. *Gregor. Turon. lib. 2. hist. Franc. cap. 1.*

Huic conformis est illud, quod de S. Antonio Paduano a Gregorio IX. Romano Pontifice an. Domini 1232. in Sanctorem album relato, in vita ejus legitur *apud Surium 14. Jun. 10. 2.* Cum enim Patavii degeret vir Dei, Olyssipone duo civis inextinguibili odio laborantes mutuo sibi necem machinabantur. Accidit autem, ut alter alterius filium hora vespertina per summam crudelitatem jugularet, & intempesta noctis silentio in orto parentum viri Dei facta fovea sepeliret, Mané factis cadis auctore, & cadaver diligenter quaesitum est, ac tandem in orto Martini inventum. Itaque pater viri sancti cum tota familia in vincula conjectus, tanquam cadis reus habitus est. Eius rei, ut per Spiritum Patavii certior factus est vir Dei, eadem nocte magno miraculo Olyssiponem perdulatus est: & proxima luce ad iudicem se confertens petit, ut infantes & vinculis dimissis domum abire pateretur. Illo omnibus modis recusante, petit cadaver perempti Pueri ad se adferri. Quo alato iussit, Res suspenda, puer defunctus corpore cadis illius recitaret. Res illius profusus conficis non esse. Manifesto illo die cum parentibus suis honorifice ab omni suspitione patrae credis absoluit, & mané Angelico Ministerio Patavium redactus est.

Cum Abbas Daniel, senex, die quadam in Therantium ascendisset, ut opus manuum suarum venderet, adolescens quidam precabatur senem, dicens: Per Deum, senior vni in domum meam, & fac orationem super uxorem meam, quia sterilis est. Senex autem compulsus a juvene abiit cum illo in domum suam, faciente orationem super uxorem ejus; & volente Deo mulier in utero concepit. Viri ergo quidam non timentes Deum coeperunt seni detrachere, & dicere: Verè juvenis iste infecundus est; sed mulier a senec pragnans facta est. Venit igitur hac fama ad senis aures: & scribit senex marito mulieris, dicens: Cum pepererit uxor tua, nuncia mihi. Cum ergo peperisset uxor illius; seni significavit juvenis, dicens: Per Deum, & orationes tuas, pater genuit uxor mea. Tunc Abbas Daniel ingressus, ait juveni: Perfringit prandium, & voca cognatos, & amicos tuos. Cum igitur pranderet, sumens senex Puerulum in manibus, coram omnibus dixit infantulo: quis est pater tuus infans? Ait autem infans: Hic: ostendens digito manus suae juvenem. Erat autem infantulus dierum viginti quinque. *Sophr. Prot. spir. cap. 114.*

Aliud quoque non ab simile habetur in vita S. Brigida Virginis Scotiae *apud Surium 1. Februarii*, quae obit anno tertio Justini Imp. senioris, hoc est, anno a Christo nato 521. Formosa quaedam non minus impie, quam impudenter, se filium ex Episcopo Broome, qui S. Patricii discipulus fuit, suscepisse mentiebatur. Hanc sancta Brigida cum accessit, iussit, & ori ejus salutare sanctae Crucis signum impressisset, illico caput cum lingua prociacis mulieris magno timore inflatum est. Deinde similimodo infans tuus pater est? Stupenda res, aperit nobis, ait, infantule, quid vis pater est? Stupenda res, aperit os infantis, qui quondam Balsam a fine loquendi praestitit facultatem: atque Parulus: Nequaquam Episcopus Broom, sed deformis, & vilis ille homuncio, qui in populo extremo sedet loco, parens meus est. Itaque omnes Deum laudant; & mulier agit poenitentiam.

PYTHAGORAS dicebat, haec duo divinitus hominibus data esse longe pulcherrima: Veritatem amplecti, Beneficis operam dare, & addebat utrumque cum deorum immortalium operibus comparari posse. *Æl. lib. 12. de var. hist. Idem, interrogatus, quid Deo simile facerent homines? Cum veritatem exerceret, respondit. Stob. serm. 11.*

THALES a quodam percontatus, quantum a mendacio distaret veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Senfit vir sapientissimus, ea tantum pro certis haberi, quae hominum cernuntur oculis, cum auditis sapenumero hominem fallat. *Eraf. 18. apoph. Max. ser. 39.*

DEMOCRITUS, Pietatem palam declarandam, & veritatem constanter defendendam esse dicebat. *Ant. ser. de veritate.*

SERINUS, Quemadmodum, inquit, debilis, & impotens aspectus solis lucem intueri non potest, sic idque multo magis debilis, & infirma mens verum cernere non potest. *Max. ser. de veritate, de mendacio.*

PLATO, Suavissimam narrationem veritatem esse dicebat, Stob. serm. 1. ex Sertii memorab. d. 815.

POLEMON dicebat, multo suavius esse vera dicere, quam audire. *Stob. serm. 11.*

ESCHINES, Veritatem rem adeo validam esse dicebat, ut omnes humanas cogitationes facile superet. *Stob. serm. 11.*

DEMOSTHENES interrogatus, quid Deo simile haberent homines? respondit: Benigne facere, & veritatem amare. *Max. serm. 8.*

CAJUS, Veritas, inquit, nullam requirit praemeditationem. *Stob. serm. 11.*

EPICTETUS, Nihil, inquit, veritate pretiosius haberi debet, ne amicitia quidem, utpote obnoxia affectibus, qui, quod justum est, turbant, & obumbrant. Item: Immortalis, & aeterna res est veritas. Non donat autem nobis pulcherrimum paulatim tabescentem, neque dicendi fiduciam a justitia procedentem auferit: sed quae justa, & legitima sunt, exhibet discernentes ab eis injusta, & redarguens. *Ant. serm. de Veritate.*

THEMISTOCLES, Eurypidae quiddam adversum cum dixisset, illeque baculum intenter, verbera, inquit, intrepidè, modo quae dico, audias. Noverat enim ea, quae dicturus erat, è Repub. fore Docens, Veritatem in summo bonorum simul, ac vita periculo profertendam esse, & tum maxime, cum multorum G falsus inde criminet. *Æl. l. 3. de var. hist. Plut.*

ARISTIPPUS interrogatus, quam ob causam sic ipsum argueret Dionysius: ob eandem (inquit) ob quam ceteri. Significans, philosophi libertatem omnibus esse molestam: non igitur mirandum, si regi, simul illud inuenens, regis iudicium nihil à vulgari differre, quod fortuna non addat sapientiam. *Laert. l. 2.*

CAMBYSES Rex, cum frequenter nimio se vino ingurgigaret, a Prexaspe huic in modum reprehensus est: Noli, te nimio perdere vino, & rex, ne tibi, ac civibus tuis pemiciosus fias: verum rex, ut scias, inquit, quam nunquam mihi excidam, approbabo etiam post vinum, & oculos, & manns in suo, ac debito esse officio. Bibens igitur solito largius, jamque vinolentus jubet oburgatoris filium in conspectum duci, ac postquam sinistram manum capiti imposuisset, flans in cor adolescentis sagittam figit. Dixerat autem prius, id se petiturum, rescissoque pectore jaculum cordi infixum ostendit, & sagittam extraxit, patrique ostendens, ait, Reprehendis in me ebrietatem: unde igitur, quam certam post potationem habeam manum. *Herod. in Thalia, & Senec. libro de ira.*

AGESLAUS, cum audisset Rhetorem quandam laudari, quod rem specie tenuem multis verbis amplificare posset. Ego sane, inquit, ne futorem quidem arbitror bonam, qui parvo pedis magnos inducat calceos: quo dicto innuit maxime, non ornatum in dicendo, sed veritatem, cujus simplex est oratio, spectandam esse. *Plut. in Apoph. Erafm. l. 1.*

FIDELIUM, ET CHRISTIANORUM.

Veritatem pani comparabat. *Augusti, super Joan. Scilicet, quae mentem reficiat, nec deficiat: muret vescentem, nec tamen ipsa in eum mutetur. Hinc ejus praestantiam palam contestati Carpus, & Papius, qui, infantibus sibi Ethnicis, & Christi dogmata detradantibus, Non frustra, dicebant, mentem nobis largitus est Deus, sed vult, ut ratione, qua nihil divinius, verum disceramus a falso, & ex Veritate, quae ratione nititur, res omnes pensulemus. Ex Metaphr. in vita Beyer. linc. in Apoph. Christianis.*

ORIGENES Adamantius dicere solitus erat, Veritatem non A idcirco partes suas omittere debere, quia eas sibi praveniens falsitas vindicaret. Philosophiam Græcorum notans, quam cum Christianismo, & doctrina veritatis confert. Euseb. lib. 6. c. 10. Eccl. lib. 6.

PAPIAS audiens, multorum clamoribus Dei veritatem la- cerari, atque suspectam reddi. Non multa dicentibus, in- quit, sed vera tradentibus auscultandum. Euseb. lib. 3. cap. 59. Eccl. lib. 6.

Veritate autem duce virtutum omnium crescere cohortem, suo dicto testatus est Illustris. Card. Aldobrandinus, cuius vo- ce sapè tota Urbs exultavit, dicebat enim: Paucorum est veri- tatem aspicere, multorum despiciere, altero ignarus, altero mor- debat improbos. Ita Heraclius olim Aram veritatis in antro, Democritus in puteo collocavit. Hon. Farnes. Suprà.

Veritas autem filia temporis olim habita, promptam sui re- quirunt obedientiam. Rogatus autem idem Cardinalis, cuius rei iucundissimus nuntius principi adferri possit, respondit: Veritatis. At nihil infelicius in Principum aulis, quam quòd eis veritas occultetur. Ibidem.

Hinc summo dolore tactus Ludovicus XII. Rex Christia- nissimus, dum se in aula omni re abundare gloriaretur: Una tamen, aiebat, mihi deest, de qua dum inquireret familiarium quispiam, respondit: Veritas. Quam miserum esse Imperato- rem, apud quem vera reticentur: qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est, ut audiat, & audita ab aliis confir- met. Franc. Patricius de hist. Dial. 5. Beyerlinck Suprà.

ALPHONSO Regi Arag. illud crebrius in ore: Veritas licet omnibus conveniat, Principum tamen præcipuum esse debet ornamentum. Item, tantum valere debere unicuique Principis verbum, quam privatorum Jusjurandum. Ex Ant. Panorm. l. 1. de Gest. ejusd. Beyerlinck Suprà.

Laudantur itaque non immeritò Principes, quibus cum veritas occultetur, eam quovis actu per seipos assequuntur. Jure ergo hunc Ducem suo Epigrammate extulit Georg. Sabinus, poeta clarissimus, quod hic inferere non ads te fore visum. Ita enim se habet:

Sapè rades intermutata veste colonus, Noricus agricola Dux faciebat opus. Nunc pascebat oves, nunc gramina false secabat, Cetero proficiscens nunc subiebat bimum. Et simul illot de se sermone, rogabat Plurima: nempè quibus moribus ipse foret. Justus an exigere panas à fontibus ulior: Debita conferret præmia numve bonis. Quarentis verò causam, cur Regibus ortus Principis, agricolam se simularet; ait: Me juvat à rudibus cognoscere vera colonis: Servit adulatrix auribus aula meis.

PHILIPP. Camer. Medit. Hist. c. 90. pag. 444. PROLEMÆUS Rex cum quendam ex septuaginta Interpreti- bus interrogasset, qua ratione veritatem colere posset? Res- pondit: Si primum statueris, magnum dedecus esse omnibus hominibus mentiri; multo vero magis Regibus, qui cum habeant potestatem agendi, qua velint, cur mentiantur, non habent. Deinde si hoc etiam consideraveris, Deum esse veri- tatis amatorem. Arist. l. de 70. interpretum versione.

* HIEROGLYPHICA. Agyptii veritatem ex humano corde gutturi appenso isopropus indicabant, de quo vide prolux apud Pier. Val. l. 41. pag. 395. C.

D Sol veritatis est hieroglyphicum, qua ratione videlicet is solus, & unus est: duplicia enim, & multiplicia sunt veritati contraria. Simplex igitur sit necesse est, quod verum censeri deceat. Pier. Val. lib. 44. pag. 430. F.

Quod si etiam Agyptii Pomum Persicum adhaerente folio uno tantum pinnis, Veritatis id lignum erat: quippe quod ea species linguam cordi conjunctam ostendit, ac perinde fermo cordis ipsius penetralia adaperiat, non aliud quippe sen- tiat, aliud proloquatur. Pier. Valer. l. 54. pag. 527. F. Vide Fallacia, Fucus, Mendacium.

EMBLEMATA. HIPPOCRATES Epist. ad Philopomenem, veritatem depin- git, quasi mulierem pulchram, magnam, cultu simplici, to- tam splendidam, & illustrem, cuius oculorum orbem claro lu- mine micabant, ut stellarum fulgorem imitari viderentur. Cornel. à Lapide in cap. 18. Exod.

Habebat autem Antiquitas illam ceu temporis filiam, & virtutis matrem. Romani verò illius parentem statuebant Sa- turnum; unde non nisi Tempore, & Saturno assistentibus eam

exprimebant. Causam subdidit Plutarchus in quæst. An inquit, quod ut Philosophi putant Képor xépor, id est, Saturnum B tempus esse: veritas vero tempore invenitur, an vero, quod Saturnus iustissimus fuerit, & veritatem imprimis colerit? Proverbium est, Veritatem in lucem agere, & adducit dies. Ac Girald. Syntagm. testatur, Iudices olim defunctos ita ex- culptos fuisse, ut ex coram collo penderet ad pectus suspensa veritas, subnutans oculis. Et in veteri Rationali Pontificis poni debebat Doctrina, & veritas, quando ingrediebatur taber- naculum, ut constat Exod. cap. 28. vers. 30.

Legatur Giraldus Syntagm. i. historie Deorum, ubi multa de Veritate.

* AGNITIO VERITATIS IMPUGNATIO.

Inter peccata, quæ communiter dicuntur committi, in, five adversus Spiritum sanctum, sunt ea, quibus Spiritus Sancti dona contemptui habentur, aut alteri adscriptis etiam numeratur agnitio, claræque propositæ veritatis impugnatio; & fit, quando de fidei, & religionis negotio veritas non ex igno- rantia, sed ex malitia studiosè oppugnatur, ut hinc veritatis Catholica lædatur sinceritas.

Pharisei audientes dixerunt: Hic non eicit demones nisi in Beelzebub principe demoniorum. Matt. 2. Hinc peccato idem Pharisei obnoxii fuerunt, quibus nihil carius fuit, quam malignè, & falso Christum blasphemare, & veritatem doctrinæ eius insectari, cum tamen ex legis, & Prophetarum doctrina facile cognoscere poterant, ipsam verum esse Messiam, ejusque doctrinam. Joann. 7.

Eodem modo etiam peccabant Judæi cæterique Magistratus templi Jerosolymitani, quando contra suam ipsorum con- scientiam, doctrinam Apostolorum Christo testimonium reddentium conabantur opprimere, cum tamen manifestissi- mis miraculis, & ipsa luce clarioribus fidei doctrinæ veritatem comprobarent. Act. 4.

Veritatem impugnant hæreticorum Ministri, qui docent mendacia contra verba sacrarum scripturarum: eadem contra expressas SS. Patrum interpretaciones interpretantes: menda- citer etiam suam falsam doctrinam eorundem SS. Patrum dictis, & sententiis probare nituntur, quas mutilant, & medias reci- tant, relicta alia parte ex earundem sententiarum. Vide Hæresis, Hæresis.

DE VERITATE CELANDA.

Multa ex proposito Lector studiosus de hoc argumento reperiet in loco de Simulatione, ubi de mentali, quam vocant restrictione nonnulla traditur. Videatur etiam locus de Mendacio.

ARCHIEPUS Abbas in quadam Nili insula inter Solita- rios solitariam vitam ducens, fit ei accessit eisdem propositi cupiditate accensum, confinxit de eodem loco velles discendere, ac illis cellulam tuam velunde migraturus esse- ferre, sese id facturum, etiam si minimè adfuerint, affirmans. Quam rem illi commotationis desiderio accensum, & assertio- nibus tanti viri indubitatis accomodantes fidem libenter amplexi, cellulam cum omni suppellectili, utensilibusque suscep- erunt. Itaque religiosa potius circumventione, paucis die- bus, quibus construenda cella pararet impendia, de loco dis- scedens, reversus post hæc aliam sibi fummo labore constru- xit. Quam rursus non longo post tempore, aliis supervenien- tibus fratribus, eodemque desiderio cupientibus ibidem com- morari, simili charitatis mendacio circumventis, cum uni- verso tradidit instrumento. Ipse vero erga opus charitatis in- stigabilis perseverans, tertiam sibi cellulam, in qua rema- neret, extruxit. Joann. Cassian. l. 5. c. 37.

* Vermis. Vermicularis morbus. Quæ & verminationem, & sicuti dicitur Græci appellant.

Vide in loco de Pediculis. Ubi de hoc morbo multa.

* Vernæ. Vide Serp.

Dicuntur autem Vernæ, qui ex servis domi nascuntur, quos Græci appellant oikopias, quod nomen illi adha- sisse tradit Baldainus lib. 11. Instit. Justinian. l. 20. de legat. ex eo quòd olim in magnis Reipub. casibus Ver sacrum davebant

vebant. Quo vito quidquid ex fuis, ovibus, bobus, intra A Calendas Martias, & Idus Majas apud quemque natum, edi- tumque fuisset, continebatur: Itemque ex servis nati. Sed quia eos immolare inhumanum videbatur, velabant adultos, velatofque finibus exigebant, credentes eos ita expiari. Pos- sèta vox latius accepta, pro omni eo qui servus nascebatur apud nos.

Vesicæ affectus.

Vide locum de affectibus partium corporis. Vulnere, ibid. Mortui ex Loco de Morte.

* Vespillones.

QUINAM DICUNTUR?

VESPILLON dicitur vilis cadaverum funerator, ita dicitur, quod tempore vespertino mortuos esserit, qui propter inopiam cum pompa non poterat de die efferti. Græcè vespillones, B nunc eo nomine appellantur quivis funerum portitores, qui ex officio, aut conducto id præstant: ut sunt apud Belgas, & alibi Alexiani, quos & Sellitas nominant; quorum functio est circa inhumationem cadaverum. Quamvis in celebriori- bus locis, & diuitiarum operam suam impendant illis, qui ut fortunas sunt tenuiores, aut contrafortia aliqua lue occum- bunt, ac de nocte tumulandi veniunt. Martial. l. 2. Qui fuerat medicus, nunc est Vespillo Diavulus.

Vide in loco de Mechanicis operis in hominibus agentibus. Titulo. Qui mortuum curant, gestant, &c.

Vesta. Vestales.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VESTA à veteribus magna veneratione culta fuit, nunc eam terram, nunc ignem existimantibus, ut docet Au- gust. lib. 4. de Civitate, & sic à Græcis appellatur. Et quidem de Terra scribit Ovid. in Fastis. Vesta eadem est Terra, subest vigil ignis utriusque; Significat sedem Terra, focusque suam. Et paulo post.

Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. quasi quod flet mole sua, & in mota libere. Alii tamen, quòd variis vestiat herbis, & floribus, ita Servius l. Aeneid. Vestam autem ignem esse iterum Ovid. declarat.

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam. Adnotat vox Græca, quæ vocat focum, five ἑστῆος appel- latur. Cicero l. 3. de leg. Cuiusque Vesta quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata, complexa sit, & iterum l. de nar. Deor. Vesta nomen in sumptum à Græcis, ea enim est, quæ illis via dicitur; vique ejus ad aras & locos pertinet.

Pocæ eam Saturni, & Rheæ filiam voluit, cuius forores sint Ceres, & Juno: fratres Neptunus, Pluto, Jupiter. Ita Aufonius.

Vesta, Ceres, & Juno, focus muliebre, forores. Ex Ope Junonem memorant, Cereremque creatam, Semine Saturni, tertia Vesta fuit.

Ops enim eadem quæ Rheæ. SCRIPTORES DE VESTA, ET VESTALIBUS.

D Scripsit de Vesta, & Vestalibus ex professo breve Syntagm. P. C. Jusus Lipsius. Item Giraldus lib. 4. hist. Deorum. Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 12. Pothorius lib. 4. c. ult. de Inventione, quorum laboribus in sequentibus utamur.

VESTALES MINISTRÆ.

Habuit Vesta suas ministras, quæ idcirco Vestales nuncu- pate, atque virgines esse oportebat. Cujus rei duplex causa in Ovidio: Prior, quòd Juno, & Ceres forores Vestæ. Utraque nupservit: ante peperisse servavit: Resistit impatiens de viribus una viri.

nempe hæc Vesta, Ergo. Quid mirum virgo, si virgine leta ministra, Admittit castas in sua sacra manus? Altera causa, quòd Vesta Ignis, qui nihil gignit, Natæque de flamma corpora nulla videt. Jure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit, Nec capis: & comites virginitatis amat.

CICERO & duas alias dedit: Vestæ colendæ, inquit, vir- L. B. Theat. vir. Haman. Tom. V. 11.

gines præfunt, ut ad vigiletur facilius ad custodiam ignis: & sentiant mulieres, in natura feminarum omnem castitatem peti. Advigilent facilius, quare? quia libera à viro, prole, aliis curis Castitatem peti, quomodo? cum virgines placent. Diis vident, ipsæ, pro parte sua quæque sint castæ.

* EARUM SUSCEPTIO.

Romæ obtinuit, ut parva, & tenera ætate per sortem cape- rentur, certæ pudicitiae, & vitii expertes. Labeo Antistius scripsit, minorem quàm annos sex, majorem quam annos decem natam, capias non esse. Prudentius, aspiciat.

Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis, Ante voluntatis propriæ quàm libera sèssa Jussa maritandi condemnet vincula sexus.

Et Augustus apud Suetonium c. 31. Cum in demortuæ Vesta- lis locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent, adjuravit, si cuiusquam neptium sua- rum ætas competeret, oblaturum se fuisse eam.

Formam, qua suscipiebantur, indicat Gellius lib. 1. cap. 12. Verba Pontificis sunt, Amatam Vestæ Sacerdotem capitatis: Sacerdotem Vestalem, quæ facta faciat, quæ iusti, & Sacer- dotem facere pro pop. Rom. Quiritibus, uti quod optima F lege fiat, ita te Amata cupio.

* NUMERUS.

Numa in universum quatuor eas instituit, cepitque, Gega- niam, Veraniam, Canulejam, Tarpejam: uti nomina hæc à Plutarcho produciuntur.

Duas dein alias Servius Tullius addidit, ut Plutarchus; five ante cum potius Tarquinius Priscus, ut Dionysius adscribit, & addit ad suam ætatem cum numerum sic mansisse. Quo fortasse Valerius inspicit, cum de hoc Tarquino: Dilata- vit imperii fines, cultum deorum novis Sacerdotibus auxit. Neque enim legere memini, de aliiis ab eo Sacerdotibus in- stituitis.

Cæterum de numero isto etiam Festus: Sex Vestæ Sac- dotes constitutæ sunt, ut populus pro sua quique parte ha- beret ministram sacrorum: quia civitas Romana in sex est distributa partes, in primas, secundosque Titienles, Ramnes Luceres.

Alter unus Ambrosius epist. 2. contra Sym. qui septem eas facit. Quot tamen, inquit, illis Virgines præmia promissa fecerunt? (puto, ferunt, legendum) vix septem Vestales capiuntur puellæ.

* MODUS CAPENDI.

Capi dicebatur virgo Vestalis. Causam dat Agellius: Ca- pi, inquit, virgo propterea dici videtur, quia Pontificis Maxi- mi manu prehensa, ab eo parente, in cuius potestate est, ve- luti bello capta abducitur.

Cepit primas ipse Numa: & ut Dionysius ait, jus deinceps capiendi voluit apud reges esse. At pulvis regibus, Pon- tificis maximum in locum venit: sed non licetia potestis electio- ne, legibusque suis adstricta.

Papia lege Pontificis Max. arbitrato olim 20. Virgines à populo legebantur, sortitioque ex eo numero in concione fie- bat. At postea si quis honesto loco natus Pontificis suam offerret filiam, gratia Populiæ legis admittitur. Minor an- nis 6. major 10. capi fas non erat. Item qua non esset patrimii, & matrima. Item qua aliqua corporis parte manca, aut dimi- nuto sensu. Item qua vel utroque vel altero parente serva nata esset: ita. Gellius ubi supra.

Sortitio tamen etiam adhibita, ut quasi divinitus legi, excerp- tique videretur, quæ ita capiebatur. Sed non semper ea ad- hibita fuit. Oblatio locum habebat, & talis (si apta) præfe- rebatur, Sic enim Agellius: Si quis honesto loco natus adeat H Pontificem Maximum, atque offerat ad Sacerdotium filiam suam, gratia Populiæ legis per Senatorem fit. Omittitur scilicet, S. C. interveniente, sortitio.

Formam supra tradidimus.

DISCIPLINA. TEMPUS MINISTERII. ORDO.

Sic jam capte deducebantur in atrium Vestæ, atque ibi à senioribus ad ritus, & ceremonias omnes (pulchre erant) in- structæ. Nam in tres velut classes, & si parvis hic numerus, dividebantur: discentium, exercentium, docentiumque.

Seneca de vita beata, c. 19. Virgines Vestalium more, quæ annis inter officia divitis, discunt facere sacra, & cum didice- rint, docent.

Dionysius etiam distinctus: Tempus tricennale manere eas oportet, castas, & à nuptiis vacuas, sacra ex more facientes, quo tempore decem annis discere debent, decem facris operari, de- cem docere. Pulchra divisio: & eadem alibi in Plutarcho. Ggg Itaque